ad Iudicia et officium quodvis Regni abiiciendi sibi ante hac institutis in quovis puncto et gradu Iuris dependen: processibusq Iuris in eisdem perductis et obtentis tum Calculis tutellis et rationibus bonorum suorum administrationis et provisionibus quibusvis originalitates contentionis universis in diem hodiernam usq inter se ex occasione quavis intercedentium ob plenariam rationem praemissorum ab utrinq satisfactionem sibi exhibitam mutuo se quietant emittunt liberosq et absolutos perpetuo pronunciant Causasq easdem et actiones contentiones Processus quosvis in universum sua omnes in diem hodiernam in quocunq gradu et puncto Iuris dependentes et intervenientes ad praemissa omnia superius recensita in toto et tota Cassant mortificant et annihilant sibi et suis posteris ratione praemissorum perpetuum imponendo silentium.

Wittan Consorti suae reformat

Comparens personaliter coram officio et Actis praesentibus Castren Capitan Branskien Generosus Otto Wittan Rothmagister seu Capitan Phalangarum germanicarum Sacrae Regiae Maiestatis sanus mente et corpore existens a Terris Dictibus Iuribus Iurisdictionibusq suis quibusvis propriis et competen recedendo praesenti vero Castren Capitan Brenskien Iurisdictioni quo ad actum huac attinet se cum successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atq subiiciendo palam libere publice ac per expressum recognovit Quia ipse Generosae Helizabethae Zernicka sui vero Recognoscentis Consorti licitae eiusq posteris summam Duodecim Millium florenorum polon ratione verae et iustae dotis post ipsam acceptae in domum suam importatae. Hec non aliam similem summam Duodecim Millium florenorum polon ratione certi veri iusti et liquidi dotality in et super tota et integra medietate bonorum sui Recognoscentis haereditariorum et obligatorum mobilium et immobilium summarumq quarumvis pecuniarum nec non Auri argenti Clenodiorum Vestium Vestimentorum pecorum pecudum Equirearum totiusq supellectilis domesticae nunc habitae et in posterum habendae dat dotavit dotalitiavit inscripsit et Reformavit prout praesentibus dat dotat dotalitiat inscribit et Reformat Eidem ipsi Generosae Helizabethae Zernicka Consorti suae et eius

posteros eandem medietatem bonorum suorum generaliter omnium Inscriptioni praefatae Reformationis obnoxiorum cum universis utilitatibus et usufructibus tenendi habendi et possidendi ac ad usus suos et suorum successorum quosvis beneplacitos libere et effectualiter convertendi vigore ac more aliarum Reformationum hac tenus et adinstar in Regno observari solitarum Hac sua praesenti personali Recognitione ad quaevis omnia mediante.

Eorundem Mutua Advitalitas

Comparentes personaliter coram officio Actisque praesentibus Castren Capitan Praemysliensibus Generosus Otto Wittan Rothmagister seu Capitaneus Phalangarum germanicarum Sacrae Regiae Maiestatis ab una et Helizabeth Generosi olim Andreae Zernicki cum Generosa olim Marianna Przybkowska procreata filia ab altera partibus Coniuges legitimi Maritus quidem solus per se Consors vero cum eiusdem Mariti sui uti Tutoris Coniugalis assistentia et ultroneo ad infrascripta recognoscendum consensu sani mentibus et corporibus existentes a Terris Dictibus Iuribus Iurisdictionibusque suis quibusvis propriis et competentibus recedentes praesenti vero Castrensi Capitaneali Praemysliensi Iurisdictioni quoad actum hunc attinet sese cum successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atque subiciendo palam libere publice ac per expressum recognoverunt et quilibet illorum seorsim suo pro interesse recognovit Quia ipsi sibi mutuo et vicissim una pars alteri mutuam Advitalitatem et usumfructum omnium generaliter bonorum suorum haereditariorum et obligatoriorum mobilium et immobilium summarumque quarumvis pecuniarum auri argenti clenodiorum stanni cupri aeris orichalci ferri vasorum vestimentorum Equirearum Equorum pecorum pecudum totiusque suppellectilis domesticae nunc habitorum et in post habendorum ad extrema duntaxat vitae suae tempora inscripserunt concesserunt et assignaverunt, prout praesentibus inscribunt Concedunt et assignant tali videlicet modo Quod si prius praefatum Generosum Ottonem Wittan Maritum suum quam ipsam Generosam Helizabetham Zernicka Consortem suam de hac luce decedere contigerit extunc praefata Generosa Consors sua bona generaliter omnia supra expressa morte praefati Mariti sui derelinquenda cum omnibus Iuribus dominio proprietate tenebit habebit, et possidebit illisque quiete

et